

ocreis, quia sicut qui nudi incedit pedibus, timide et regre incedit in locis arduis, qui autem calcatus, seu ocreatus, incedit audacter per ardua quaque, ita tepidi omnia timeant; fervidi autem ad omnia sunt semper parati.

VERS. 16. — IN OMNIBUS. Alii vertunt, *super omnia*, sicutque sensus est: ante omnia, et præcipue sumite scutum fidei. Sed melius cum nostro interprete: *In omnibus, supple, tentationibus, sumite scutum fidei.* Quasi diceret: Fides vestra sit firma, constans et solida; hæc fide omnia diaboli tela, licet ignita, non modo repellatis, sed et extinguetis. Idem nos docuit D. Petrus 1, 5: *Cui resistite fortes in fide.* Idem et D. Joan.: *Fides vincit mundum*, Joan. 1, 4.

IGNEA TELA diaboli, sunt libidines omnes que concupiscentiam accendunt.

VERS. 17. — ET GALEAM SALUTIS. GRÆC., *salutaris*, id est, Christi, ait D. Hieronymus. D. Paulus 1 Thess. 5, v. 8, explicat quæ sit illa galea, *induti galeam, spem salutis.* Itaque spes in Christum, qui est caput nostrum, sit galea nostra.

ET GLADIUM SPIRITUS... Verbum Dei est gladius, quia intima penetrat, hocque possumus uti, tum ad nostram defensionem, tum ad hostis impugnationem. Hoc gladio Christus dæmonem jugulavit in deserto; eodem Christianus potenti Dei gratia aditus ipsum quoque jugulabit. Hominis itaque christiani panoplia hæc est: Ipsius galea, est spes in Christum. Lorica, seu thorax, est iustitia, sanctitas, opera sancta. Balteus, veritas, bona fides, fidelitas in servandis Deo promissis. Ocreæ, preparatio animi ad Evangelium exsequendum, annuntiandum, propugnandum. Dextera gladium, id est, verbum Dei tenet; sinistra scutum fidei.

VERS. 18. — PER OMNEM ORATIONEM...; à capite ad

VERS. 16. — *In omnibus sumentes scutum fidei.* Ante omnia ac præcipue scutum fidei sumendum est ac manu tenendum in hæc pugna.

In quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, quo scuto fidei exicipere, repellere et extinguere possitis omnia ignita jacula variarum tentationum à diabolo inmissa, quæ illæ corda hominum incendunt, inflammantque ad peccandum: cui resistite fortes in fide; q. d.: Fide tanquam scuto repellite adversarium vestrum diabolum. Anima quoties peccat, toties vulneratur.

VERS. 17. — *Et galeam salutis assumite.* Per galeam salutis seu salutaris, spes futurorum bonorum videtur accipienda. *Induti galeam spem salutis*, 1 Thess. 5, galeam que caput servet et salvet, id est, galeam, quæ est ipsa salus, alata à Christo, et sperata à Christianis, hoc est, spes salutis.

Et gladium spiritus, quod est verbum Dei. Et gladium sancti Spiritus, id est, à Spiritu sancto subministratum accipite, ac manu tenete; quem gladium interpretor verbum Dei. Dextera tenet gladium, id est, verbum Dei; sinistra scutum, scilicet idem.

VERS. 18. — *Per omnem orationem et observationem orantes omni tempore in spiritu.* Sensus est: Et hæc facite, multis orationibus et observationibus Deum assidue precantes; ut vos pugnantes adjuvet, et victores faciat; idque non solum voce, sed in spiritu, hoc est, cum devoto cordis affectu. Oratio non est aliud quam mentis in Deum elevatio, sive mentis cum Deo conjunctio.

talos sic armatos, docet nunc à quo debeant in prelio auxilium petere, et unde expectanda victoria. Hostis noster nequissimus, versutissimus, semper, ubique, omni modo, nostram querit perniciem, ut dictum est v. 11. Hinc OMNI TEMPORE, in omni loco, omni modo, mentaliter, vocaliter, etc., debemus orare, IN SPIRITU et veritate, corde verè religioso et in Deum pio; verè humiliter et reverenti.

VIGILANTES IN HOC IPSUM, ut cor sit verè pium et religiosum, non distractum et non tepidum.

INSTANTER, cum fervore et perseverantia, charitate pura, universalis; pro omnibus sanctis militantibus; pro tota Ecclesia militante; in communionem sanctorum per Jesum Christum, sanctam sanctorum totiusque Ecclesie caput.

VERS. 19. — ET PRO ME. Ecce, inquit Grotius (quem cito contra Calvinistas), quanti Paulus preces piorum fecit; cum ille, tante apud Deum gratie, speret se aliorum precibus posse adjuvari, et nos æstimabimus Pauli cum Christo regnantis preces nihil nobis prodesse? Hæc omnia Grotius, hic. *Et pro me.* Orandum præcipue et particulariter pro prelati, pastoribus, apostolis et concionatoribus, omnibusque Ecclesie ministris, ut Deus ipse illorum se aperiat, non ambitio, non avaritia, etc.; det illis verba, sensus, modos auditorum et auditorum saluti congruos; det illis sanctam verum dicendi libertatem et fiduciam: legationis pro Christo munus dignè adimpleant, idque in ipso, in Christi Spiritu.

VERS. 20. — PRO QUO LEGATIONE, SYR., *Cujus legatione fungor in catenis, ut cum fiducia eloquar illud, prout oportet eloqui.*

VERS. 21. — UT AUTEM ET VOS... rime colligitur hæc Epistolam per Tychicum latam.

VERS. 22. — QUEM MISI... ET CONSOLETUR CORDA VE-

Et in ipso vigilantes in omni instantia, et observatione, et ad hoc ipsum, ut assidue Deum oratis in spiritu, vigilantes magis cum instantia, sedulitate et perseverantia.

VERS. 19. — *Pro omnibus sanctis; et pro me.* Sanctos intelligit fideles. Humilitatis autem est, quod se post alios nominet, uti Theophylactus observat.

Ut detur mihi sermo in aperitione oris meæ cum fiducia, etc., q. d.: Ut Deus aperiat os meum, et in ispiritu sermones quos loquor, ut cum fiducia, id est, libertate, evangelizem.

VERS. 20. — *Pro quo legatione, apostolatu, fungor in catenis.* Hinc patet hæc Epistolam Romæ à vinculis esse scriptam, ait Hieronymus et Chrysostomus.

Ita ut in ipso, Evangelio scilicet predicando, eadem: quasi dicat: Ut audacter et liberè causam meam et vinculis dicam meque defendam, et rationem reddam predicati à me Evangelii, prout oportet me, tanquam legatum summi Dei, liberè et intrepidè loqui.

VERS. 21. — *Ut autem et vos sciatis quæ circa me sunt, id est, que ad me pertinent, quomodo res meæ habeant. Quid agam, in carcere constitutus.*

Omnia vobis nota faciet Tychicus, etc., id est, in his que ad Christum Dominum pertinent.

VERS. 22. — *Quem misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, id est, quis rerum nostrarum sit status.*

Et consoletur corda vestra, ne animis deficiatis ob tribulationes meas quas pro vobis et pro Evangelio

stra, ob meam catenam tristitia et sollicita.

VERS. 25. — PAX FRATRIBUS... pax et concordia sit et augeatur fratribus.

ET CHARITAS FRATERNA, pacis principium.

CUM FIDE, charitatis fundamento.

A DEO PATRE, à quo omne bonum perfectum.

ET DOMINO NOSTRO JESU CHRISTO, nostro mediatore et causâ meritoria.

VERS. 21. — GRATIA CUM OMNIBUS... QUI DILIGUNT DOMINUM NOSTRUM JESUM CHRISTUM, IN INCORRUPTIONE,

patior. Pro consoletur, verti etiam potest, exhortetur.

VERS. 25. — *Pax fratribus, et charitas cum fide, etc.* Subaudi, sit vel augeatur ac multiplicetur.

VERS. 24. — *Gratia cum omnibus, etc.* Gratia complectitur omne genus beneficentiæ divini pertinet

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda et ad praxim redigenda.

1° Ex versu primo discant filii modum sanctè obediendi parentibus, cælestem scilicet Patrem in illis considerando.

2° Ex v. 5 discant parentes modum filios suos sanctè educandi; illos scilicet instruunt et corrigant; instruant, inquam, multum; corrigant autem moderatè, et utrumque rationaliter. Vide v. 5 et 4.

3° Ex v. 5, 6, 7, 8, discant servi modum christianè serviendi. Hos versus lege in commentario. Ex

absque corruptione, ait Syrus. Id est, purè, sanctè, incorruptibiliter; seu ita ut ejus amor non corrumpatur adulterino amore seculi. Seu qui ita Christum Dominum diligunt, ut se immaculatos servent ab hoc seculo; itaque qui sic diligunt Dominum Jesum, ut et ejus præcepta servent. Da mihi, ô Deus, hujus benedictionis esse participem; ita te diligam ut et ex amore tibi serviam. Amen. Græc. habent: Ad Ephesios scripta est à Romæ per Tychicum. Syr.: Epistola ad Ephesios scripta è Romæ et missa per Tychicum. Similiter et Arabica versio.

ad salutem vite æternæ. Eam precatur omnibus diligentiibus Christum, in incorruptione, id est, purè et sanctè, cum vite castimoniâ, et absque corruptelis libidinum. Scripta Romæ ad Ephesios per Tychicum.

v. 9 discant heri modum sanctè domesticis suis imperandi.

4° Ex reliquo capite discant omnes Christiani necessitatem et modum sanctè et feliciter pugnandi contra nostræ salutis hostes. Quis et qualis iste noster hostis; v. 12. Quæ et qualis esse debeat armatura nostra; v. 13, 14, etc. Unde nobis sic armatis auxiliium, quomodo illud implorandum; v. 18.

IN EPISTOLAM AD PHILIPPENSES

Præfationes.

Philippi, urbs Macedonia; sic dicta ob Philippum, Alexandri patrem, illius instauratorem.

D. Paulus in Macedonia à Deo vocatus illo mirabili modo, de quo Act. 16, v. 9, Philippos primum adit, ibique Lydium Purpurarium convertit ad fidem, ibidem, v. 15. Hæc itaque mulier fuit equidem Ecclesiæ Philippensis primitiæ; at primitiæ messis postmodum, et citò abundantis futura.

Erga D. Paulum, apostolum suum, hæc Ecclesia fuit semper studiosissima; ipsaque sola ex tot Ecclesiis à Paulo fundatis, tam boni magistri necessitati providere sollicita, ut ipsemet testatur cap. 4, v. 15, hujus Epistolæ.

Philippenses, quorum civitas à Philippo Macedonia rege conditore suo, nomen accepit; Macedones esse, et ex eâ provincia primos apostoli Pauli ministerio fuisse vocatos et conversos ad fidem Christi, idque non sine manifestâ significatione voluntatis divini, docet Actorum apostolicorum liber, cap. 16. Cùm ergo Paulus Romanus profectus ibidem in vinculis teneretur, eâ re audita, Philippenses, quo in apostolum suum erant affecti, per Epaphroditum miserunt ad eum subsidium pecuniarium, quo se in carcere su-

cumbentem ergo Philippenses quod Romæ in vinculis detineretur Apostolos, ad eum miserunt cum pecuniis Epaphroditum, tum ut per illum cognoscerent quo loco res essent; tum ut per illum forent ei solatio et ministerio, ait D. Chrysostomus in argumento.

Huic utrique muneri tam sedulo studuit Epaphroditus, ut ægrotârit Romæ, et ad mortem ægrotârit; ubi autem convalescit, illum ad suos remisit Apostolos; hæcque ei ad illos deferendam dedit Epistolam; quâ et gratias agit Philippensibus de ipsorum beneficentiâ, et eos edocet quo loco sint res suæ.

Ceteris omnibus lætior est hæc Epistola, blandior

stentaret, sicut et ante fecerant Thessalonice agenti. Quod utrumque Paulus ipse, sub finem hujus Epistolæ, commemorat. Ad eos igitur è vinculis, quorum disertè ac præclare meminit 1 cap., post primam defensionem suam, secundo quo Romam venerat anno, per eundem Epaphroditum hæc mittit Epistolam; quæ multam omnino laudem et commendationem Philippensium continet. Et quidem statim initio laudat eorum fidem, et ad profectum ac perseverantiam exhortatur. Deinde eos consoletur commemorata

et alacrior; modò congratulatoria, modò consolatoria, modò exhortatoria.

Congratulatur eis ob suam ad Evangelium beneficentiam, ob perseverantiam in fide et in bonis operibus, ob constantiam in passionibus; consolatur eos ob persecutiones quas propter Christum passi sunt, quod magnum Dei donum est. Hortatur, modò ut vitam Evangelio dignam ducant, modò ut adversis non frangantur; modò ut sint unanimes, concordiam, pacemque foveant; modò ut Christi humilitatem, charitatem fructus evangelicæ, que ex vinculis ipsis proveniat, affirmans se pro Christo et vivere et mori paratum; simul et ipsos animos ad passionum tolerantiam, mox ad concordiam hortatur, et Christi humilitatem ad imitandum eis propositam, ad studium excitat sanctæ conversationis, spem faciens sui adventus, præmissis interim Epaphrodito. Tertio cap. monet ut vitent pseudo-apostolos judaizantes; in quo Spiritu Dei accensus, ita invehitur, ut eos canes, malos operarios, et inimicos crucis Christi vocet, quorum dens venior sit, etc. Deoique non ex lege, sed ex fide Christi veram esse justitiam. Postremò, traditis quibusdam bene vivendi præceptis, gratias agit pro ipsorum erga se munificentiâ. Sane, quod ad dogmata attingit convenerit videtur argumentum hujus Epistolæ cum his que ad Rom. et ad Gal. scriptæ sunt.

CAPUT PRIMUM.

1. Paulus et Timotheus, servi Jesu Christi, omnibus sanctis in Christo Jesu, qui sunt Philippis, cum episcopis et diaconibus.
2. Gratia vobis, et pax à Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.
3. Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri.
4. Semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis, cum gaudio deprecationem faciens,
5. Super communicatione vestrà in Evangelio Christi à primâ die usque nunc;
6. Confidens hoc ipsum, quia qui cepit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Jesu;
7. Sicut est mihi justum hoc sentire pro omnibus vobis; eò quòd habeam vos in corde, et in vinculis meis, et in defensione et confirmatione Evangelii, socios gaudii mei omnes vos esse.
8. Testis enim mihi est Deus, quomodò cupiam omnes vos in visceribus Jesu Christi,
9. Et hoc oro ut charitas vestra magis ac magis abundet in scientiâ et in omni sensu;
10. Ut probetis potiora, ut sitis sinceri, et sine offensa in diem Christi,
11. Repleti fructu justitiæ per Jesum Christum in gloriam et laudem Dei.
12. Scire autem vos volo, fratres, quia que circa me sunt, magis ad profectum venerunt Evangelii.
13. Ita ut vincula mea manifesta fierent in Christo in omni prætorio et in cæteris omnibus;
14. Et plures è fratribus in Domino confidentes vinculis meis, abundantius auderent sine timore verbum Dei loqui.
15. Quidam quidem et propter invidiam et conten-

tem, obedientiam æmulantur; modò, ut pseudo-apostolis, quos canes vocat, malos operarios, inimicos crucis Christi, fidem non habeant; denique, ut omnes christianas virtutes sectentur, quibus, ut filii lucis, seu quasi stelle, fulgeant inter paganos.

Scripta fuit Romæ in vinculis, à quibus se liberandum insinuat, id est, in primis suis vinculis; à secundis enim non fuit liberatus, sed in illis martyrio coronatus est, anno Christi 62; et per Epaphroditum, jam sanum, probabiliter perlata.

Agitur enim in his omnibus, adversus eos qui in lege Mosaicâ gloriabantur, observationem ejus ad salutem esse necessariam dicentes, licet nonnulli ea que, cap. 5. hujus Epistolæ, contra falsos doctores dicuntur, detorqueant ad Simonianos hereticos. Præter Apostoli mentem, ut suo loco videbimus. Hieronymus in Comment. Epist. ad Philemonem, affirmat, et ostenderet se putat, hanc Epistolam eodem tempore scriptam esse quo scriptæ sunt ad Ephesus, ad Colosæ, et ad Philemonem epistolæ. Certè esse scriptam ex priorie captivitate, liquet ex cap. 1, v. 13, et ex cap. 2, v. 24. Ex eodem 3 cap., ubi dicit: *Spero autem me Timotheum cito missurum ad vos*, constat non esse missam cum aliquâ ad Timotheum Epistolâ. Nam Timotheus cum ipso erat.

CHAPITRE PREMIER.

1. Paul et Timothée, serviteurs de Jésus-Christ, à tous les saints en Jésus-Christ qui sont à Philippes, aux évêques et aux diacres.
2. Que Dieu notre Père et Jésus-Christ Notre-Seigneur vous donnent la grâce et la paix.
3. Je rends grâces à mon Dieu toutes les fois que je me souviens de vous;
4. Et je ne fais jamais de prières que je ne prie aussi pour vous tous, ressentant une grande joie.
5. De ce que vous avez reçu l'Évangile et y avez persévéré, depuis le premier jour jusqu'à cette heure.
6. Car j'ai une ferme confiance que celui qui a commencé le bien en vous, le perfectionnera jusqu'au jour de Jésus-Christ.
7. Et il est juste que j'aie ce sentiment de vous tous, parce que je vous ai dans le cœur, comme ayant tous part à ma joie, par celle que vous avez prise à mes liens, à ma défense et à l'affermissement de l'Évangile.
8. Car Dieu m'est témoin avec quelle tendresse je vous aime tous dans les entrailles de Jésus-Christ.
9. Et ce que je lui demande est que votre charité croisse de plus en plus en lumière et en toute intelligence.
10. Afin que vous sachiez discerner ce qui est le meilleur et le plus utile, que vous soyez purs et sincères, que vous marchiez jusqu'au jour de Jésus-Christ sans que votre course soit interrompue par aucune chute;
11. Et que, pour la gloire et la louange de Dieu, vous soyez remplis des fruits de justice par Jésus-Christ.
12. Or je désire que vous sachiez, mes frères, que ce que je m'est arrivé à servir à un plus grand progrès de l'Évangile;
13. En sorte que mes liens sont devenus célèbres dans toute la cour de l'empereur, et partout ailleurs pour la gloire de Jésus-Christ;
14. Et que plusieurs de nos frères en notre Seigneur, se rassurant par mes liens, ont conçu une hardiesse nouvelle pour annoncer sans crainte la parole de Dieu.
15. Il est vrai que quelques-uns prêchent Jésus-Christ par un esprit d'envie et de contention, et que

tionem, quidam autem et propter bonam voluntatem Christum prædicant;

16. Quid enim? Dum omni modo, sive per occasionem, sive per veritatem, Christus annuntietur, et in hoc gaudeo, sed et gaudabo.

17. Quidam autem ex contentione Christum annuntiant non sincerè, existimantes pressuram se suscitare vinculis meis.

18. Sicut enim? Dum omni modo, sive per occasionem, sive per veritatem, Christus annuntietur, et in hoc gaudeo, sed et gaudabo.

19. Scio enim quia hoc mihi proveniet ad salutem, per vestram orationem, et subministrationem Spiritus Jesu Christi,

20. Secundum expectationem et spem meam, quia in nullo confundar; sed in omni fiducia sicut semper, et nunc magnificatur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem.

21. Mihi enim vivere Christus est, et mori lucrum.

22. Quòd si vivere in carne, hic mihi fructus operis est, et quid eligam ignoro.

23. Corroctor autem è duobus: desiderium habens dissolvi, et esse cum Christo, multò magis melius;

24. Permanere autem in carne, necessarium propter vos.

25. Et hoc confidens scio quia manebo, et permanebo omnibus vobis ad profectum vestrum, et gaudium fidei;

26. Ut gratulatio vestra abundet in Christo Jesu in me, per meum adventum iterùm ad vos.

27. Tantùm dignè Evangelio Christi conversamini: ut sive cum venero, et videro vos, sive absens audiam de vobis, quia statis in uno spiritu unanimes, collaborantes fidei Evangelii.

28. Et in nullo terreamini ab adversariis; que illis est causa perditionis, vobis autem salutis, et hoc à Deo.

29. Quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini:

30. Idem certamen habentes, quale et vidistis in me, et nunc audistis de me.

ANALYSIS.

- 1° Singularem suum erga Philippenses declarat affectum; pro ipsis Deo gratias agens, et Deum orans; gratias agit ob illorum in Evangelium beneficentiam; orat ut illorum charitas magis ac magis abundet in scientiâ, sicutque bonis operibus repleti, per Christi gratiam, à v. 1 ad 12.
- 2° Quia scire voluit que circa ipsum sunt; docet eos vincula sua ad Evangelii propagationem profuisse; ob illa à multis Christum liberis fuisse predicatum; equidem ab aliquibus minus sincerè; sed quidquid sit de

PARAPHRASIS.

1. Paulus et Timotheus, servi Jesu Christi, omnibus fidelibus per Christum in Baptismo sanctificatis, qui sunt Philippis, cum episcopis et diaconibus, salutem.

les autres le prêchent par une bonne volonté.

16. Les uns prêchent Jésus-Christ par charité, sachant que j'ai été établi pour la défense de l'Évangile.

17. Et les autres le prêchent par un esprit de jalousie, avec une intention qui n'est pas pure, croyant me causer un surcroît d'affliction dans mes liens.

18. Mais qu'importe? Pourvu que Jésus-Christ soit annoncé de quelque manière que ce soit, soit par occasion, soit par un vrai zèle; je m'en réjouis, et je m'en réjouirai toujours;

19. Car je sais que l'événement m'en sera salutaire par vos prières et par l'infusion de l'Esprit de Jésus-Christ.

20. Selon la ferme espérance où je suis que je ne recevrai point la confusion d'être trompé en rien de ce que j'attends; mais que parlant avec toute sorte de liberté, Jésus-Christ sera encore maintenant, comme toujours, glorifié dans mon corps, soit par ma vie, soit par ma mort.

21. Car Jésus-Christ est ma vie, et la mort m'est un gain.

22. Que, si je demeure plus longtemps dans ce corps mortel, je tirerai du fruit de mon travail; ainsi je ne sais que choisir;

23. Je me trouve pressé des deux côtés; car, d'une part, je désire être déchargé des liens du corps, et être avec Jésus-Christ, ce qui est sans comparaison le meilleur.

24. Et, de l'autre, il est plus utile pour votre bien que je demeure encore en cette vie.

25. C'est pourquoi j'ai une certaine confiance qui me persuade que je demeurerai encore avec vous tous, et que j'y demeurerai même assez longtemps pour votre avancement et pour la joie de votre foi;

26. Afin qu'étant de nouveau retourné chez vous, vous ayez lieu de glorifier Jésus-Christ à mon occasion.

27. Ayez soin seulement de vous conduire d'une manière digne de l'Évangile de Jésus-Christ, afin que je voie moi-même étant présent parmi vous, ou que j'entende dire en mon absence, que vous demeurerez fermes dans un même esprit, combattant tous d'un même cœur pour la foi de l'Évangile;

28. Et afin que vous demeuriez intrépides parmi tous les efforts de vos adversaires, ce qui est pour eux le sujet de leur perte, et pour vous celui de votre salut, et cela vient de Dieu.

29. Car c'est une grâce qu'il vous a faite, non seulement de ce que vous croyez en Jésus-Christ, mais encore de ce que vous souffrez pour lui;

30. Vous trouvant dans les mêmes combats où vous m'avez vu, et où vous entendez dire que je suis encore maintenant.

modo, gaudet de facto, scilicet quòd annuntietur Christus, à v. 12 ad 20.

5° Cui cupio dissolvi et esse cum Christo, ad eorum tamen utilitatem, vitam præferi, gloriam differt, et in carne se mensuram affirmat, et ad eos venturum, à v. 20 ad 26.

Interim hortatur ad dignam in Christo conversationem, vitamque Evangelicam congruam, et ad patientiam in persecutionibus pro Christo, quæ magna Dei dona sunt, à v. 27 usque in finem.

2. Gratia et pax vobis sint à Deo Patre nostro, et à Domino Jesu Christo.
3. Gratias ago Deo meo, quoties mihi recurrit memoria vestri.

4. Et semper in omnibus meis ad Deum precibus, pro vobis omnibus cum gaudio deprecor.

5. Propter beneficentiam vestram, quam ex quo credidistis usque nunc, in Evangelium Christi, et in Evangelii ministris contulistis.

6. Confidens quod Deus, qui tale bonum opus increpuit in vobis, illud perire non cessabit, usque ad diem adventus Domini salvatoris.

7. Et iure quidem merito hoc sentio de vobis omnibus; cum vos in corde habeam amicissimos; et preterea cum socii sitis gaudii mei, et in vinculis meis, et in defensione et confirmatione Evangelii: et ob hæc duo, perseverantiae donum vobis vehementer exopto.

8. Testis enim Deus est, quomodo vos omnes tenerim diligam, in ipsis Jesu Christi visceribus.

9. Et hoc à Deo depono vobis, nimirum ut charitas vestra magis ac magis in dies crescat, et supercrescat in scientiâ et in omni prudentiâ.

10. Ut iudicetis quæ meliora sunt et utiliora; ut sitis puri et sinceri, sine ullâ errorum admixtione; et ut inoffenso pede pergatis, et perseveretis usque in diem Christi gloriosam;

11. Repleti copioso honorum operum proventus, per Jesum Christum, ad Dei gloriam et laudem.

12. Velim autem vos scire, fratres, quoniam quæ mihi acciderunt, Evangelio multum profuerunt;

13. Ita ut vincula mea celebria facta sint ad Christi gloriam in totâ imperatoris aulâ, et in omnibus aliis Romæ locis.

14. Et plures in Domino fratres, felici vinculorum meorum successu roborati, ausi sunt frequentius et liberius, sine timore, verbum Dei annuntiare.

15. Equidem aliqui per invidiam in me, et contentionem adversum me, Christum predicant; quidam autem bene affecti, seu bonâ voluntate.

16. Quidam, inquam, ex charitate, et in me bene affecti, quia sciunt me à Christo ipso in preconem et propagatorem Evangelii positum esse;

17. Quidam autem, contentionis animo, intentione non purâ, Christum predicant, sed existimantes se vinculis meis novam molestiam excituros.

18. Quid ad me de modo et de intentione, dum annuntietur Christus, quovis modo id fiat, seu vano et perverso pretestu, seu vero et sincero affectu? In hoc quod annuntiat et gaudeo et gaudeo.

19. Sico enim (quidquid intendat illi) hoc mihi cessurum ad spiritualem utilitatem, per auxilium

orationum vestrarum, et per gratiæ Christi subsidium.

20. Conformiter intense expectationi meæ, speique firmæ quam habeo quod in nullo confundar, sed quod in omni libertate animi ac fiducia Evangelium predicando, sicut hætenus predicavi, Christum glorificabo in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem.

21. Etenim vita mea Christus est. (Si vivam, Christo vivam,) et mors mihi lucrum. (Si morior, à miseris liberabor, et ero cum Christo), sicque lucrabor.

22. Quod si in hoc mortali corpore vivere fructuosum sit et utile, nescio quid eligam, an vivere, an mori.

23. Me dno simul premunt et coarctant; ex una parte desidero mori et esse cum Christo, quod mihi multo magis melius et utilius est (id est, sine ullâ comparatione melius),

24. At aliunde vobis necessarium est ut in carne permaneam et vivam.

25. Et hoc persuasum (quod vita mea sit vobis necessaria), scio quod in carne manebam, et (Græc.) compermanebo, id est, unâ vobiscum multo tempore manebam, ad profectum vestrum, et ad fidei vestræ gaudium.

26. Ut ob meum ad vos reditum copiosorem habeatis materiam vobis gratulandi, imo gloriantis in Christo Jesu (qui me vestri gratiæ servavi et libera- vit).

27. Hoc unum attendite, ut sicut deceat Evangelium Christi conversemini, id est, (vita vestra sit Evangelio congrua;) ut sive venierim vos inveni- um, sive absens, id est, (sive reddar vobis, sive sejungar;) audiam de vobis quod in uno spiritu perseveratis, unaque animo (quasi facto agmine) certatis pro fide Evangelii;

28. Et audiam quod in nullo terreamini ab adversariis fidei nostræ; quorum persecutio suæ ipsorum damnationis, vestræ autem salutis est causa; et hoc à Deo ita disponente.

29. Quia vobis Dei gratiâ donatum est, non solum ut Christo credatis, sed etiam ut pro illo patiamini.

30. Et idem, seu simile, certamen propter fidem sustineatis quale vidistis me sustinentem apud vos (ubi virgis cæsus fui, et incarcerationis, Act. 16, 22), et nunc audistis me Romæ sustinere (ubi vinculis sum detentus, et variis pressus incommodis).

COMMENTARIA.

VERS. 1. — PAULUS ET TIMOTHEUS... Timotheus charus erat Philippensibus, sicut et Philippenses Timotheo valde chari, ut patet ex capite secundo, v. 20; hinc in salutatione Timothei nomen suo jungit D. Paulus. Salutatur autem Timotheus, non verò scribit, ut patet primo post salutationem versiculo: *Gratias ago, non agimus.*

VERS. 1. — Paulus et Timotheus, servi Jesu Christi, omnibus sanctis, omnibus fidelibus in baptismo sancti-

SERVI JESU CHRISTI... Apostoli nomen hic Paulus omittit; tum quia de ejus apostolica auctoritate non dubitabatur apud Philippenses, tum quia titulum sibi et Timotheo communem sumere voluit. *Servi Jesu Christi*, non tantum quia ab ipso redempti, non tantum quia ipsi credunt et obediunt, sed quia publici sunt ejus Evangelii ministri, ejusque predicationi et ficitis, in Christo Jesu, etc. Per episcopos hic Apostolos intelligit presbyteros.

propagationi totaliter addicti. *Servi Jesu Christi*. Hæc verè magna dignitas est, ac honorum caput, servum esse Jesu Christi et non tantum dici, ait D. Chrysostomus. Diceris quidem, vide num sis. Gloriaris de nomine, erubescis de opere. Time quod dixit Christus in Evangelio: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum celorum; sed qui facit voluntatem Patris mei, etc.*, Matth. 7, 21.

OMNIBUS SANCTIS IN CHRISTO JESU, CUM EPISCOPIBUS... Salutatur primò omnes Christianos, è quorum numero est etiam clerus; deinde honoris gratiâ clerum distinguit et salutatur speciatim: *Cum episcopis*... Sed cur unius tantum civitatis fidelibus scribens, dicit, *cum episcopis*; num in unâ civitate plures sunt episcopi?

Nota literalis.

Equidem unius civitatis unus erat episcopus, sed unius regionis multi erant episcopi; quidni autem Apostolus omnes regionis illius salutaverit episcopos? cum probabile sit hanc Epistolam sic ad Philippenses missam esse, ut et aliis civitatibus vicinis, quæ suos habebant episcopos, communicaretur. Itaque de episcopis propriè dictis intelligi potest hæc salutato. Nec in hæc opinione incongruum erit quod D. Paulus presbyteros non nominaverit; quia fortè in illis civitatibus, ob paucitatem fidelium, soli episcopi cum diaconibus omnia prestabant, nec erant illis necessarij presbyteri alii.

Et hoc confirmari potest exemplo D. Gregorij Neocæsaris, qui septendecim tantum habebat fideles, cum episcopatum suscepit, et cui sanè necessarius non erat alius sacerdos. Communior tamen responsio est quod episcoporum nomine significantur presbyteri omnes, utpote qui gregis curam et inspectionem habebant. Reverà tunc episcopus et presbyter erant nomina communia omnibus omnino sacerdotibus, sive majoribus, quos propriè episcopos nominamus, sive minoribus, quos presbyteros: at verò successu temporis qui primum inter illos locum tenet, per excellentiam dictus est episcopus. Per episcopos ergo benè cum perisque potes intelligere presbyteros: et ita intellexit Syriaca versio, quæ habet *cum presbyteris*. Reverà presbyteri sunt intendentes et insipientes.

ἐπισκοπῶν, inspectio, sed episcopis superintendentibus subditi; comprehenduntur itaque sub episcoporum nomine, sicut subdiaconi sub diaconis. *Omnibus sanctis in Christo Jesu*. Ili omnes, et clerus, et populus christianus sancti sunt et sanctificati per Christum Jesum, sanctum sanctorum, ipsamque sanctitatem, cui inserti sunt per baptismum, sicut rami per inoculationem inseruntur arbori.

Observatio moralis.

Christus itaque fons et radix est omnis sanctitatis; ab ipso sanctitatem haurit et sugit quisquis sanctus est. Nullus à Christo Jesu separatus potest esse san-

VERS. 2. — *Gratias vobis et pax à Deo Patre nostro, etc.* Supple multipliciter.

VERS. 5. — *Gratias ago Deo meo in omni memoria vestra*, id est, quoties vestri recordor, quoties vos memoria meæ occurritis, gratias ago Deo.

S. S. XXIV.

ctus. Qui autem Christo plene inseruntur, ii sancti sunt, et eò magis sancti quò plenius et perfectius Christo uniti. Hinc discite mente, corde, totâ animâ uniri Christo pro fide, spem, charitatem. Per orationem continuam, ipsius sanctitatem continuè suge, hauri, attrahere. Unio mentis, cordis, operis cum Christo, totum plene sanctificat hominem.

VERS. 2. — GRATIAS VOBIS... Vide paraphrasim.

VERS. 5 et 6. — GRATIAS AGO DEO MEO... DEPRECATIONEM FACIENS. Multorum illis honorum conscius erat, ait D. Chrysostomus; hinc pro illis Deum glorificat simul et precatur. Gratias agit pro præteritis; precatur pro futuris; Deum glorificat ob bona illorum opera à principio conversionis facta; Deum precatur ut perseverent usque ad diem Christi. Hinc discite gratias agere pro sanctis initiis, et pro bonis operibus factis; et ad semper pro perseverantiâ orare; non tam initia spectantur quàm finis in Christiano: non enim qui cœperit, sed qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Quicumque ergo viam virtutis ingressus es, gratias ago Deo, illumque gloriæ pro preterito: at insta orationi pro futuro; ora ut qui cœpit, perficiat. Nota quod Apostolus pro Philippensibus orat cum gaudio, quod sanè magna laus est, magnumque virtutis illorum argumentum. Fidem servaverunt integram, in bonis operibus à primâ die perseveraverunt: hinc laudat eos, gaudetque in propensione cordis eorum. Hinc discite tuâ in fide et in bonis operibus perseverantiâ, sanctis dare lætitiâ: si enim ob conversionem peccatoris gaudium est in celo, quanto majus erit ob perseverantiâ illius in bono.

VERS. 5. — SUPER COMMUNICATIONE VESTRA... Plerique Latini intelligunt communicationem in Evangelio pro fide, seu quod Evangelii facti sunt participes, et in eo constanter à primâ die persisterunt.

Nota literalis.

Sed multa probabiliorem mihi reddunt D. Joannis Chrysostomi et aliorum sententiam, intelligentium communicationem per beneficentiam in Paulum et alios Evangelii ministros collatam à primâ die quod crediderunt usque nunc, ubi Paulo in vinculis constituto per Epaphroditum necessaria miserunt Philippenses. Primò, hoc suadet veritas facti: reverà etenim, ipso Paulo teste, cap. 4, v. 15 et sequentibus, sic se res habuit; id est, à principio conversionis suæ, Philippenses necessaria Paulo suppeditavere, et tandem in vinculis ligato per Epaphroditum munera miserunt; ob que ait v. 18: *Habeo omnia, et abundo, repletus sum, acceptis ab Epaphrodito quæ misisti.* Et hæc Philippensium beneficentia est hujus Epistole occasio et argumentum; scripsit ut gratias ageret. Secundo, suadet ipsa D. Pauli locutio: confer enim hunc versum cap. 1 cum versu 15 cap. 4, et eundem ubique reperies loquendi modum, cum hoc solo discrimine, quod

VERS. 4, 5. — *Semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis...* Super communicatione vestrâ, etc. Q. d.: Gratias ago Deo cum gaudio, cum deprecans, eo quod vobis dederit communicationem in Evangelio Christi.

(Trente-sept.)

in cap 4 clarius explicat quod dixerat in primo; hic enim dixit: *Super communicatione vestra*, ibi addit: *Communicari in ratione dati et accepti*. Tertio, suadet mos et usus D. Pauli, qui solet subventionem vocare communicationem; in hac Epistola, cap. 4, v. 14: *Beneficenti communicantes tribulationi meae*. V. 15: *Nulla mihi Ecclesia communicavit in ratione dati et accepti*. Rom. 12, 15: *Necessitatibus sanctorum communicantes*. Hebr. 15, 16: *Beneficentia et communionis nolite oblivisci*. Galat. 6, 6: *Communicet is qui catholicizatur*, etc. Tandem suadet expressio Graeca, *eis ta Eserphitai*, in Evangelium, vel ad Evangelium, scilicet predicandum et propagandum.

Sensus itaque est: Glorifico Deum, et pro vobis semper cum gaudio precor, non tantum quod Evangelio credidistis, non tantum quod Evangelium fideliter observatis, sed eo quod de aliorum etiam salute solliciti, ubique mihi praesentes estis, ubique vestram operam ac diligentiam unam mecum in Evangelii predicatione collocatis: mihi etenim et aliis Verbi ministris communicatis, id est, subsidium contulistis ad Evangelium predicandum et propagandum, nobis vite necessaria suppeditando; idque non semel aut iterum, sed continue, a tempore quo recepistis Evangelium usque nunc, ubi mihi in vinculis constituto per Epaphroditum, vestrum episcopum, necessaria misistis.

Observatio moralis.

Hinc concludit D. Chrysostomus: Ergo subsidium ferre, hoc est communicatio in Evangelium: ergo, si praedicantem fovet et adjuvat, illius coronae communis tibi sunt. Ergo in manu tua est reposita Apostolo (et cuilibet viro sancto) coronae et mercedis communis tibi facere, si illum cures, foveas, sermone et re ipsa; si consoleris, vite necessaria suppeditando, vel in aliquo ministerio illi inserviendo.

Miramini viros sanctos qui in eremo vivunt, qui vitam angelicam ducunt, vel qui in Ecclesiis eadem ac Apostoli virtutes obeunt munera; doletis quod longo ab illis intervallo abestis; licet vobis aliquam cum illis coire societatem, scilicet inserviendo, curando, fovendo. Et hoc est Dei benignitatis ut negligentiores et infirmiores, qui duram asperamque vite rationem suscipere non possunt, per aliam viam ad eundem gradum possint pervenire. Vide D. Chrysostomum ex quo haec excerpta sunt. Hinc itaque discant divites in temporalibus, et saepe in spiritualibus pauperes, discescant, inquam, sese sanctorum virtutibus inserere, se apostolorum meritis vestire, superinduere, illos adjuvando, sustentando, consolando. Discant et quilibet alii in spiritualibus simul et temporalibus pauperes se

VERS. 6. — *Confidens hoc ipsum, quia, quod, qui cepit in vobis opus bonum, scilicet Deus, perficiet usque in diem Christi Jesu*. Per opus bonum, dicit vitam evangelicam sive christianam, ut assiduo opere et studio illam prosequamur et propagemus. Usque in diem Christi, id est, usque ad diem iudicii tum particularis, tum potius universalis.

VERS. 7. — *Sicut est mihi iustum hoc sentire* (id est, confidere, ut praecessit) *pro omnibus vobis, id est, de*

sanctorum meritis et divitis ditare, ornare, cumulare; illos, eo quo possunt modo, adjuvando, suis precibus et votis sese illis uniendo, et eorum participes exhibendo.

VERS. 6. — *CONFIDENS*, id est, sperans, seu persuasum habens, hoc IPSUM, scilicet QUAE QUI COEPIIT..., id est, quod Deus, qui tale bonum opus incepit, etc. Vide paraphrasim. USQUE IN DIEM CHRISTI, venientis ad iudicium; seu universale, in fine mundi; seu particulare, in fine vite. De hac die, quasi proxima, semper loquitur Apostolus, ut nos ad eam continue preparemus. Vide 1 Thessal. cap. 4, v. 14. Quomodo autem de facto sit proxima, vide hujus Epist. cap. 4, v. 5.

VERS. 7. — *SICUT EST MIHI IUSTUM...* Vide paraphrasim; EØ QUOD HABEAM VOS IN CORDE, ET IN VINCLIS... socios. Duplicem dat rationem cur de illorum in bonis operibus perseverantia confidat. Primam, *eo quod habeam vos in corde*, quia vos habeo charissimos, utpote quos in corde gero, et prae oculis semper habeo; et propterea hoc perseverantia donum vobis ardentem exopto. Secundam, *et in vinculis...*, quia subsidium Evangelio subministratis, facti estis socii. Graec., *communicatores*, id est, consortes, et ex æquo participes passionum et meritorum meorum, *in vinculis meis*, seu quæ pro Christo patior.

ET IN DEFENSIONE, Graec., apologia, quæ scilicet Evangelium Christi ita propugno, tum publice, tum privatim, ut et illud ubique stabiliam et confirmem.

ET CONFIRMATIONE, manifestumque reddam in omni praetorio, et omnibus aliis Romæ locis, v. 15. Spero autem quod, qui passionum estis socii, eritis et praemi, sicut quod Dei gratia in bonis operibus usque in finem perseverabitis.

SOCIOS GAUDII MEI, Graec., *gratia mea*. Χαρά, gaudium, χάρις, gratia, propter affinitatem, unum pro altero facile positum est; utrumque autem verum est; nam gaudium est pro Christo pati: *Ibant apostoli gaudentes*, etc., Act., 5; et gratia est pro Christo pati: *Vobis donatum est pro Christo pati*, hujus capit. v. 29.

Observatio moralis.

Socios gaudii mei... Ergo subsidium viro apostolico subministratum reddit largientem socium, consortem, ex æquo participem omnium apostolici viri meritorum, sicut Philippenses per subsidia D. Paulo collata facti sunt socii meritorum Pauli *in vinculis, in defensione et confirmatione Evangelii*. Felix itaque dives ille qui suis liberalitatibus sese sanctorum virtutibus inserit; ipsorum enim virtutibus ditescit. Similis est ulmo infructuose vitem fructibus abundantem portantem.

congregatione vestra, de vestra Philippensium Ecclesia.

Et quod habeam vos in corde, et in vinculis meis, et in defensione et confirmatione Evangelii, socios gaudii mei omnes vos esse. Graeca non habent *gaudii, sed gratiae*. Vos, inquam, omnes, qui estis socii sui participes gratiae meae. Gratiam hic vocat beneficium illud, quo ei datum erat pati et vinciri pro Christo, sive ipsa vincula: eadem vocat gaudium suum. Ha

Similitudo est à D. Gregorio, hom. 20 in Evang. Etsi proprium fructum ulmus non habet, portare tamen fructum cum vite solet: sic et viri seculares, intra sanctam Ecclesiam, quamvis spiritualium virtutum dona non habeant, dum tamen sanctos viros, donis spiritualibus plenos, suâ largitate sustentant, quid aliud quam vitem cum botris portant? Etsi ergo fructum ulmus non habet, vitem cum fructibus portans, haec ipsa efficit, quae bene sustentat aliena.

VERS. 8. — *TESTIS ENIM EST MIHI DEUS, QUOMODO...* Plura sentit quam exprimere valeat; imò plus desiderat quam possit exsequi in semetipso. Suum in Philippenses affectum proprio corde suo non valens exprimere, recurrit ad cor Christi, in illud ingreditur, et in hoc corde existens, hocque Christi corde quasi suo utens, Philippenses diligit Christi corde. Et quia hoc latet, testem invocat Deum quomodo in Christi visceribus existens illos omnes Christi corde diligit, illosque omnes in hoc Christi corde cupiat ac vehementer exoptet. Viscera Christi significant amorem intimum, ardentem et supernaturalem; uno verbo, amorem ipsum quo Christus suos diligit.

Praxis verè christiana.

Hinc discit recursum ad cor Christi, ut eo Deum dignè diligas et proximum. A solo Christi corde Deus dignè diligitur, dignè adoratur, dignè colitur; quia infinita persona, hinc infinitus amor, infinita adoratio, infinitus cultus.

Quidquid in temetipso facias, hoc coram Deo nihil est, sicut tu ipse, imò et totus mundus coram ipso tanquam nihilum et inane. Amor tuus nihil est, adoratio tua nihil; quid enim nihili reverentia et annihilatione? Ad amor Christi, seu quo Christus Deum diligit, infinitus est, adoratio infinita, cultus infinitus. Ut ergo dignum quid et proportionatum Deo offeras, recurre ad cor Christi; hoc corde dilige Deum, adora Deum, cole Deum; dignè amabis, dignè adorabis et coles: corde quippe Dei Deum amabis, adorabis et coles. Ad hoc datus est nobis Filius Dei mediator noster, ut per eum ad Deum accedamus, Deumque colamus. Ad hoc Christus caput et cor nostrum est, ut nos membra et corpus ejus per eum dignè Deum diligamus. In omnibus itaque religionis actibus recurre ad cor Christi; intra in illud, ipsum tu tibi

bere in corde, est gerere in animo seu memoria, velut rem charam et dilectam.

VERS. 8. — *Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos, supple esse, in visceribus, id est, in intimo corde et amore Jesu Christi*. Ut in intimo vos intueamur Christo, et quasi in viscera ejus tropicam. Quomodo, id est, quam propense, quam valde et ardentem cupiam, id est, amem vos, quanto vos amore complectar, in visceribus Christi, id est, ea dilectione et affectu, quo Christus in visceribus, id est, intimè et tenerimè vos amemus Christianos amant.

VERS. 9. — *Et hoc oro ut charitas vestra magis ac magis abundet in, id est, cum omni scientia, rerum scilicet fidei et salutis, ac praesertim justificationis. Et in omni sensu: sensum autem pro recto iudicio mentis, id est, prudentia, posuit; q. d.: Oro ut abundetis, tam in charitate, quam in scientia, id est, fide et doctrinâ christiana.*

redde proprium, illoque corde Deum adora, benedic, lauda, etc. Junge cor tuum cordi Christi, ipsique corde unius, offer Deo cordis Christi adorationes, amorem, omnesque illius cordis actus. Similiter utere Christi corde ad amorem proximi; cum dilige quomodo diligit Christus; illum desiderare in visceribus Christi: Christum diligat ut à Christo diligitur.

VERS. 9. — *ET HOC ORO UT CHARITAS VESTRA MAGIS... Graec., amplius magis ac magis*. etc. Charitas insatiabile bonum est, ait D. Chrysostomus: nullus est hujus boni modus, nulla mensurâ nusquam consistit; hinc orat Apostolus *ad charitas Philippensium magis ac magis abundet...*, crescat, accrescat, supererescat, in modum, supra modum. Oremus et nos pro nobis et pro aliis, ut nostra charitas crescat IN SCIENTIA; nostra verò scientia crescat in charitate. Charitas nostra crescat in scientiâ, non defectu luminis in foveam cadamus ipsi, et nobiscum alios praecipites ducamus. Scientia verò nostra crescat in charitate, ut adificet et ad Dei gloriam fructus justitiae in nobis et in aliis ferat abundantem.

VERS. 10. — *UT PROBEUS POTIORA...* Primus talis scientiae et charitatis effectus est meliora discernere. UT SITIS SINCERI. Secundus, puram ad Deum habere conscientiam; sinceram, nullo errore contaminatam.

ET SINE OFFENSA... Tertius, sine offendiculo ambulare, usque IN DIEM CHRISTI.

VERS. 11. — *REPLETI FRUCTU JUSTITIAE...* QUARTUS, justitiae fructibus abundare.

IN GLORIAM ET LAUDEM DEI. Quintus, Deum commè glorificare, quae OMNE PER JESUM CHRISTUM.

VERS. 12. — *SCRIBE AUTEM VOS VOLO...* Philippenses Epaphroditum miserant ad Paulum in vinculis, ut scirent quo loco res ejus essent, ait D. Chrysostomus; hinc, statim ab initio hujus Epistolae, D. Paulus, ut Philippensibus satisfaciatur, ait: *Scribe autem vos volo*; quia QUAE CIRCA ME SUNT, id est, res meae, etc. Vinculis Pauli terribi Philippenses timebant ne illis, quasi re moris, Evangelii propagatio retardaretur; hinc, ut soleat eos, dicit quod tantum abest ut vincula sua Evangelio nocuerint, quin imò profuerint.

VERS. 15. — *ITA UT VINCLULA MEA...* IN OMNI PRAETORIO, id est, toto imperatoris palatio. Praetor ille

VERS. 10. — *Ut probeus potiora*. Pertinet autem ad rectum mentis iudicium, in actionibus probare, hoc est, eligere et amplecti, meliora. *Ut sitis sinceri*, id est, sinceram et rectam habentem intentionem in bonis vestris operibus. *Et sine offensa*, ut scilicet nullum offendatis et scandalizetis; *in diem Christi*, et hoc totum perseveranter usque in diem adventus Christi Domini.

VERS. 11. — *Repleti fructu justitiae per Jesum Christum*. Fructus justitiae, vocat operum justitiae, vel generalis, quae complectitur omnem virtutem, per Jesum Christum; q. d.: Quos fructus facimus et libemus per Christum, ejusque merita et gratiam, itaque in gloriam et laudem Dei, ut per ea laudemur et glorificemur Deus.

VERS. 12, 15. — *Scribe autem vos volo...* *ita ut vincula mea manifesta fuerint in Christo*; q. d.: Ut manifestum fieret quod propter Christum vincetus sum, non propter debita, aut scelera, sicut per vincula mea

dicebatur olim qui præbit exercitui. Prætorium propriè tentorium erat imperatoris, et per extensionem dictum et ab aliis prætorium Cæsaris domus, seu palatium. Itaque sensus est: Vincula mea celebrata facta sunt ad Christi gloriam in toto Neroneis palatio et in omnibus aliis Romæ locis; quippe innotuit ubique quod Christi causa, non autem ob aliquod seculum, vinculus essem; hincque aulici et cives Romani, curiositate ducti, inquisierunt quis esset Christus, et quæ Christi doctrina; hincque plures, et è domo Cæsaris, et cives Romani facti sunt Christiani, ut patet cap. 4, v. 22.

Deus malis hominum voluntatibus utitur ad suam voluntatem faciendam; et quod homines impedimentum putant, sæpè medium est quo Deus ad fines suos utitur.

Mirare ipsius providentiam, tu te totum illi committe; omnia per respectum ad primam causam respice, sciens quoniam omnia seriunt illi, ut ait Prophetæ Regius, et quoniam omnia iusto procedunt ad salutem, ut de se confidit D. Paulus, v. 19.

VERS. 14. — ET PLURES È FRATRIBUS..., id est, plures Christiani fratres vinculorum meorum felici successu animati ac roborati, liberius et frequentius prædicaverunt Evangelium.

VERS. 15. — QUIDAM QUIDEM..., id est, quidam per invidiam gloriæ meæ, et per contentionem, præ me in ministerio volentes excellere. Quippe videntes illi quod per prædicationem Paulus celebris factus esset in aula et in urbe, invidabant illius gloriæ, eamque sibi arripere contendebant, hocque invidiæ simul et contentionis animo, prædicabant.

VERS. 16. — QUIDAM EX CLARITATE, SCIENTES QUONIAM IN DEFENSIONEM EVANGELII POSITUS SUM. Ideo adjuvant me, et quod mihi ob vincula non licet, hoc ipsi præstant et solito ardentius, ut meo suppleant defectui.

VERS. 17. — QUIDAM EX CONTENTIONE... EXISTIMANTES PRESSURAM..., id est, existimantes me sibi similem, id est, gloriæ cupidum, et alienæ invidum, intendunt mihi quemdam animi merorem, præ gloriæ suæ splendore causare; hocque animi merore ob illorum gloriam concepto, novam putant se vinculis meis molestiam excituros, utpote qui præter carceris afflictionem, internæ etiam invidiæ igne urar ac tor-

Christi nomen ubique clarescit, in omni prætorio, puta in totâ aula Neroneis; q. d.: Totâ aula per mea vincula inaudivisti aliquid de fide et Evangelio Christi, et in cæteris omnibus locis, plateis, et vicis urbis Romæ.

VERS. 14. — Et plures è fratribus in Domino confidentes vinculis meis, etc., q. d.: Plures fratres, id est, Christiani Romæ videntes meam constantiam, libertatem, fructum et gloriam vinculorum meorum, accensi sunt ad emulationem, ut pari modo intrepide evangelizarent verbum Dei.

VERS. 15. — Quidam quidem et propter invidiam et contentionem. Per invidiam quidem, resistentes gloriæ Pauli; per contentionem verò, quâ suam quærebant gloriam, volentes præ illo excellere.

Quidam autem et propter bonam voluntatem Christum prædicant, id est, ex benevolentia quâ desiderant hominum salutem.

quæ. Hunc sensum puto naturalem; multi tamen, post D. Chrysostomum, hanc pressuram intelligunt de novâ et acriori persecutione, quam isti predicatorum in apostolum Paulum intendebant excitare, suis scilicet prædicationibus Neroneis exacerbando. Sed hoc minus probabile videtur, tum quia fratres erant in Domino, id est, Christiani; tum quia in semetipsis hanc persecutionem prius excitaverunt; tum denique quia sic Apostoli gloriam non minuissent, sed potius auxissent gloriæ martyrii.

Observatio moralis.

In his versibus 14, 15, 16, etc., notet apostolicus concionator vitiosos concionandi affectus, ut eos vitet; sanctos autem, ut imitetur. Caveat ne sicut illi concionetur per invidiam alienæ gloriæ; per affectum propriæ gloriæ; per contentionem et studium excellendi præ cæteris; per quemdam malignitatis animum, quo intenditur alicui merorem et molestiam excitare. Sed, sicut apostolus Paulus, zelo charitatis in Deum et proximum prædicet, ut cognoscatur, ametur et colatur Deus; ut salutem æternam consequatur proximus; Jesum Christum unicum querat, non sua; illum intrepide prædicet; pro ipso paratus sit omnia libenter sustinere; Christus sit illi in vitâ et morte lucrum, sique prædicans speret omnia ad salutem sibi cessura.

VERS. 18. — Quid enim, id est, quid me refert? quid ad me de illorum intentione et de modo? hoc est eventus, licet intentio mala; gaudeo de facto; non curro de modo; lætor de successu, animum non discurio.

Sive per occasionem; acquirenda scilicet gloriæ, invidiæ, meroris causandi, etc. Græcè, *opportunitas*, significat etiam pretextum, speciem, et cum opponi videatur hinc veritati, non male traducitur, per vanum pretextum et apparetem pietatem.

VERS. 19. — Scio enim quia hoc..., id est, illorum invidia, odium, quidquid intendunt et præsent.

PER VESTRAM ORATIONEM ET SUBMINISTRATIONEM..., id est, si pro me oraveritis, vestriusque precibus copiosam mihi Spiritus Christi, seu gratiæ, subministrationem impetraveritis. Ob hanc conditionem ab Apostolo appositam infer quod verbum scio, fiduciam potius quam veram scientiam significet; idem est ac si diceret, confido.

VERS. 16. — Quidam ex charitate, etc. Quia scilicet me amant qui sum Christi præco.

VERS. 17. — Quidam autem ex contentione Christum amantur non sincere, etc.; ex invidia cum Paulo contendebant, superare eum gloriâ cupientes.

VERS. 18. — Quid enim? Quid igitur? q. d.: Ipsi putant me premere, affligere et pungere, ergone verè me premunt, alligunt et pungunt? Respondet minimè: nam dum omni, quovis, modo, sive per occasionem, etc. In hoc, scilicet quod Christum annuntietur.

VERS. 19. — Scio enim quia hoc, scilicet eorum odium et invidia, quâ mihi merorem, et Neroneis iram conciliare student, mihi proveniunt ad salutem, spiritalem et æternam, per vestram orationem, et subministrationem, donationem Spiritus Jesu Christi.

VERS. 20. — SECUNDUM EXPECTATIONEM ET SPERM MEAM. *À correspondance, attente expectatio.* Vide dicta ad Rom. cap. 8, 19. Aliqui hæc verba jungunt immediate præcedentibus: scilicet, si pro me oraveritis, etc., quemadmodum expecto et spero; et illi subaudiunt, scio quia in nullo confundar. Naturalis puto, si jungatur cum primis verbis: nimirum, scio quia hoc mihi proveniunt ad salutem, conformiter expectationi et firmæ spei quam habeo quod in nullo confundar; sed quod in omni libertate animi ac fiduciâ Evangelium prædicando, sicut hæcenus intrepidè prædicavi, Christum glorificabo in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem. Si enim vivam, Christum prædicatione et vitâ glorificabo; si moriar, passione et martyrio glorificabo.

VERS. 21. — MIHI ENIM VIVERE CHRISTUS EST ET MORI LUCRUM, id est, Christus vitæ mea est; ideò vivo, ut illi serviam; non mihi, sed illi vivo. Mors pro Christo mihi lucrum maximum est; per illam enim Christo fruar, beatitudine fruar; vel, Christus mihi est in vivere et in mori, in vitâ et in morte lucrum; vel, Christus, qui vitæ mea est, erit et mortis meæ lucrum, illum morte meâ lucrabor. Nec enim vivere recuso, nec mori timeo. Hinc sive per vitam, sive per mortem, Christum glorificabitur in corpore meo: si vivam enim, voce et prædicatione viventis glorificabitur; si moriar pro ipso, glorificabitur passione et martyrio morientis.

Observatio moralis.

Tales et nos omnes Christiani deberemus esse, sic Christo vivere, et pro Christo mori; sic Christum in corpore nostro, sive per vitam, sive per mortem glorificare, tum bonis operibus in vitâ, tum patientiâ et obedientiâ in morbis et in morte. Per baptismum Domini sumus; sive ergo vivimus, Domino vivamus; sive morimur, Domino et pro Domini gloriâ moriamur, Rom. 14, 7, 8. Per baptismum Deo sacri sumus; Deum ergo in omni statu, seu vitæ, seu mortis, honoremus, toti in ejus honorem consumamur. Hoc debet, hoc vovi; concede, ô Deus misericors, ut hoc adimpleam! sis vitæ mea, et mors mea sit tui lucrum; vitæ mea sit tui lucrum continua, mors mea sit sacrificium; te Regem seculorum et immortalem, vitæ et mortis dominum, deprædicans et honorans.

PRAXIS.

Ut Christus vitæ tua verè sit, ipsi, juxta dicta in

VERS. 20. — Secundum expectationem et spem meam, d est, prout expecto et spero. Quia in nullo confundar, id est, pudeam ab expectatione et spe meâ.

Sed in omni fiducia sicut semper, ita et nunc magnificabitur Christus in corpore meo sine der vitam, sive per mortem. Si enim occidar, et constanter moriar pro Christo, magnificabo Christum meo martyrio; sin vivam, constanter Christum prædicabo, itaque eundem magnificabo.

VERS. 21. — Mihi enim vivere Christus est, etc. Ostendit, sent vitam seu mortem suam sibi cessuram ad salutem. Nam, inquit, mea vitæ Christus est, id est, vitam meam Christo et Evangelio consecravi: et mors lucrum mihi est, id est, mortem pro lucro deputo; ter eam enim consequar ut sim cum Christo. Quasi

v. 7, ipsi, inquam, unire frequenter et quantum potest continue, mente, corde et opere. Caput nostrum est, nosque singuli membra ejus; uniaris ergo capiti tuo, ut spiritum influat in te et in opera tua. Cor nostrum est et totus Ecclesie, unire ergo cordi à quo motum, vitam et inspirationem sumus. Centrum religionis est, in ipso, cum ipso et per ipsum, Deum colendus; huic religionis centro unire mente, ut Deum verè cognoscas et laudes; unire corde, ut Deum in ipso dignè ames, adores et colas; unire opere, omnia facias in ipso et per ipsum. Sic Christus erit verè vitæ tua; sic mors erit tibi verè lucrum: Deum quippe moriens lucraberis, Deo per mortem frueris; post mortem in Christo, cum Christo et per Christum, Deum videbis, amabis, laudabis in æternum.

VERS. 22. — QUO SI VIVERE IN CARNE, HIC (Græcè, *corpus, hoc*) MIHI FRUCTUS OPERIS EST. Et (supple ex verso præcedenti mori lucrum) QUO ELIGAM (vivere an mori), IGNORO. Proprium est hominis anxii, dubii, perplexi, unum voce exprimere, alterum mente retinere, verbaque sua non verbis tantum voce prolatis, sed et verbis mente retentis connectere; id facit hic D. Paulus, unum exprimit, vivere: aliud cogitat, mori; et ex illis duobus ambigit quid eligat. Itaque sensus est: Si me vivere operæ pretium est, si aliud mihi lucrum est mori, nescio quid ex altero eligam. Arbitratur D. Chrysostomus quod vitæ et mors in Apostoli potestate essent, id est, seu vivere et proximorum saluti laborare; seu mori et per mortem æternâ gloriâ frui, et nescit quid eligat. Ecce quanti facit animarum salutem! illam propriè beatitudinî suæ præferit; in hoc, sicut et in aliis, Christi dilectionis fuit imitator: sicut Christus cum vixit in terris salutem nostram quasi prætulit gloriæ suæ, ita Paulus proximi salutem propriæ gloriæ suæ prætulit. Quid ad hoc dicant tot pastores qui sua unice querunt, qui sua commoda ovium saluti præferunt, qui ne minimum quidem molestie pro illis pati volunt? Talibus meriti dicit Apostolus: Imitatores mei estote, sicut et ego Christi.

VERS. 23. — COARCTOR AUTEM ET DUOBUS; Græcè, *cutyropas*, utrinque cingor, utrinque premor: hinc desiderio dissolutionis, illinc necessitate vivendi proper vos.

DESIDERIUM HABENS DISSOLVI, à vinculo scilicet quo anima corpori alligata est, ut soluta ad Deum auctorem suum evolet; juxta id quod dicitur Ecclesiast.,

dicat. Etiam moriendo non moriar, eò quod vitam habeo in me ipso, etc.

VERS. 22. — Quid si vivere in carne, hic, id est, hoc, mihi fructus operis est; q. d.: Si me adlive vivere operæ pretium est, fructuosum et utile multum. Ita Anselmus.

Et quid eligam ignoro; q. d.: Si vivere in carne est operæ pretium, et aliâ ex parte, mori mihi lucrum est, quid ex hisce duobus eligam, ignoro.

VERS. 23. — Coarctor autem è duobus, id est, à duabus rebus premor et arctor: hinc desiderio dissolutionis ut sim cum Christo, inde necessitate permanenti in carne, proper vos.

Desiderium habens dissolvi, et esse cum Christo. Dissolvi, id est, mori: mors enim est dissolutio animæ

12, 7 : *Spiritus redat ad Deum qui dedit illum.* Animalium quidem aliorum mors est resolutio in elementa quibus constant; hominis autem mors est dissolutio animæ à vinculo corporis; quæ facta, spiritus, qui est à Deo, redit ad Deum, deinde corpus resolvitur. Hæc dissolutio bona est et desiderabilis, quia facit impossibiles, impeccabiles, cælestes et divinos; seu, ut dicit D. Bernardus, homines ab omni dolore, peccato et periculis liberat. Hæc fusè explicat Cornelius à Lapide. Hanc sancti desiderarunt, qui patienter vixerunt, delectabiliter mortui sunt; sed, heu! nos hanc dissolutionem horremus, quia delectabiliter vivimus; cum dolore ac tristitiâ morimur. S. Augustinus de D. Paulo dixit: Qui desiderat dissolvi et esse cum Christo, non patienter moritur, sed patienter vivit et delectabiliter moritur.

MULTO MAGIS MELIUS, excessum significat incomparabilem; quasi diceret: Sine ulla comparatione melius.

VERS. 24. — PERMANERE AUTEM IN CARNE NECESSARIUM PROPTER VOS, non Philippenses tantum, sed et omnes alios fideles; toti enim Ecclesie necessaria fuit D. Pauli vita, maximè gentibus, utpote gentium apostoli.

VERS. 25. — ET HOC CONFIDENS (scilicet quòd vita mea sit vobis et aliis necessaria,

SCIO (moralis scilicet certitudine) QUIA MANEBO ET PERMANEBO. Græc.: *Compermanebo omnibus vobis*, id est, una vobiscum aliquo et quidem multo tempore manebo. Hactenus inter vitam et mortem seu gloriam coarctatus est Paulus, nesciens quid ex alteruto eligeret; hic sum resoluti dubium; iudicat vitam laboriosam et Ecclesie utilem, propriæ gloriæ et beatitudini suæ preferendam esse. Oportet ergo vivere, ut prædicatione Evangelii, proximorum salutem incumbar et laborer; hocque ita eventurum sibi omnino persuadet, confidit ac pro certo habet. Itaque illud scio morale tantum certitudinem inducit, ut patebit attentè legenti versus præcedentes, ubi dubius erat an per vitam, an per mortem Christum esset glorificaturus; ignorabat an vitam, an mortem eligeret; idem dubium videtur ha-

et corporis. *Cupio dissolvi*, scilicet vinculo, quo animus in hæc vitæ corpori colligatur; q. d.: Jam alligatus sum corpori, si hoc vinculo solvar, ero cum Christo, illique astringar.

Multo magis melius, q. d.: Multo longèque melius; aut infinitis partibus melius quam permanere in carne, id est, esse cum Christo optimum est.

VERS. 24. — *Permanere autem in carne necessarium propter vos.* Sentit Apostolus, à duobus se coarctari, quorum alterum desideret, alterum verò necessarium iudicat, non tamen desideret.

VERS. 25. — *Et hoc, scilicet necessarium esse vobis ut maneam in carne, confidens scio quia, id est, quòd manebo.* Q. d.: Persuadens mihi vitam meam vobis esse necessariam, scio quòd Deus me vobis adhuc concedet, factique in vobis permanere. *Et permanebo omnibus vobis, etc.*, id est, ut promoveam salutem vestram, et ut afficiam vos gaudio ex fide profecto, etc.

VERS. 26. — *Ut gratulatio, id est, gloriatio vestra, quæ gloriam et gratulamini vobis, quòd per me sitis ad Christum conversi, abundet in Christo Jesu, id est, in Christi doctrinâ, lege, gratiâ, Ecclesiâ; q. d.: In Christianismo, in me, de me vinculis liberato, vo-*

bere in capite sequenti, v. 47 : *Sed et si immolor...*; cum ergo hic dicit, *confidens scio*, idem est ac quòd dicit in capite sequenti, v. 4 : *Confido in Domino.*

VERS. 26. — *UT GRATULATIO; Græc., gloriatio; D. Chrysostomus hanc gloriantionem sumit activè: Ut ego de vobis gloriari abundantius in Christo Jesu; seu, ut habeam quo in vobis majorem in modum glorior.* Hoc sensu, gloriatio vestra idem est ac gloriatio mea de vobis; hinc sensum modestiorem putat Estius, sed videtur littere minùs conformis. Vide paraphrasim.

VERS. 27. — *Tantum dignè Evangelio Christi... Vide paraphrasim.*

COLLABORANTES FIDEI; Græc., *concertantes*, seu pariter et concorditer decertantes. Fides Evangelii in luctu est adversus mundum, carnem et dæmonem. *Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra*, ait D. Joannes. Singuli Christiani quasi athletæ et milites sunt; fidem luctantem et laborantem communi spiritui et unanimi zelo debent adjuvare; debent cum eâ et per eam contra carnem, mundum et dæmonem, omnes fidei hostes pugnare; hinc *collaborantes, concertantes fidei Evangelii.*

VERS. 28. — *ET IN NULO TERREMINI... Vide paraphrasim.*

QUE ILLIS EST CAUSA PERDITIONIS; Græc.: *Quod illis quidem est indicium perditionis*: id est, quòd vobis adversantur, id indicium est eorum perditionis, etc. Vide paraphrasim.

VERS. 29. — *QUIA VOBIS DONATUM EST PRO CHRISTO... Pro Christo, aliqui pleonasmum putant, alii hyperbaton: cum enim dicere cœpisset: Vobis donatum est pro Christo pati, interruptit locutionem, et inseruit: Non tantum credere.*

Observationes morales.

Hinc collige primò quòd sicut fides est donum Dei, ita et patientia est donum Dei, et donum mirabilis quam mortuos ad vitam revocare ac cætera miracula facere, ait D. Chrysostomus, quia pati longè difficilius quàm miracula patrare, ait idem sanctus. Hinc

bisque reddito, *per meum adventum iterum ad vos.*

VERS. 27. — *Tantum dignè Evangelio Christi concertantini, id est, ut vita vestra Evangelio respondat, ut Evangelium ex vestra conversatione honoretur.*

Ut vive cum venero, et videro vos, sive absens iudicium de vobis, quia, quòd stotis in uno spiritu, id est, perseveratis in pari religionis ac mutue charitatis studio, ac fervore.

Unanimis collaborantes fidei Evangelii, vos mutuo adjuvantes, in certamine pro fide Evangelii.

VERS. 28. — *Et in nullo terreni ob adversariis, sive infidelibus, gentilibus, qui Christianos persequantur, quæ illis est causa perditionis, etc.* Nempe quòd patiamini pro Christo.

VERS. 29. — *Quia vobis donatum est pro Christo, etc. Pro Christo, id est, propter Christum, et Christi merita datum est vobis ut in eum credatis. Omnia dona et gratias, quibus ad salutem dirigimur, tribuit meritis Christi. Pati pro Christo vocat Apostolus donum Dei.*

VERS. 30. — *Idem certamen habentes, etc. Certamen appellat patientiam adversorum; quia qui patitur, certat et pugnat, ne per impatientiam superetur.*

pro miraculorum dono debitor sum Dei; pro passione debiorem habeo Christum. O rem mirandam! et donat mihi, et super hoc ipse debet mihi, D. Chrysostomus. Collige secundò quòd credere, agere, pati; credere scilicet in Christum, agere in Spiritu Christi, pati pro Christo, tria hæc verum efficiunt Christianum. Illum fides inchoat, actio sancta continuat et perficit, passio consummat. *Patentia opus perfectum habet*, ait D. Jacobus, 1, v. 3. Opus est consummatum;

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

Ex primo versu nota quòd Christus Dominus sit omnis sanctitatis fons, à quo unico sanctitas haurienda: quòd quibus illi perfectus unitur, eò sanctior est. Illi itaque unire mente, corde, opere; mente, per fidem; corde, per charitatem; opere, per sanctam operationem, vitamque Christo dignam; sic majorem ab eo sanctitatem hauries continuè, sic Christus erit vita tua. Vide praxim v. 21.

Ex octavo versu discere recursum ad eor Christi, ut in eo et ex eo Deum et proximum dignè diligas. Vide hæc praxim ibidem, v. 8 et v. 21.

Ex v. 6 et 7, discere facilem discedendi modum, sanctorumque meritis participandi. Vide ibi dicta.

CAPUT II.

1. Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis,
2. Implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes, unanimes, idipsum sentientes;
3. Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi invicem arbitantes;
4. Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea quæ aliorum.
5. Hoc enim sentite in vobis, quod et in Christo Jesu;
6. Qui cum in formâ Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo;
7. Sed semetipsum exinanivisti formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo.
8. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.
9. Propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen quod est super omne nomen.
10. Ut in nomine Jesu omne genua flectatur, cælestium, terrestrium et infernorum,
11. Et omnis lingua confiteatur quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.
12. Itaque, charissimi mei (sicut semper obedistis), non ut in presentia mei tantum, sed multò magis nunc in absentiâ meâ, cum metu et tremore vestram salutem operamini.
13. Deus est enim qui operatur in vobis et velle et perficere, pro bonâ voluntate.

ergo donum, et maximum donum, utpote omnia alia dona consummans. Hinc *gaudebant apostoli quoniam digni habitis erant pro nomine Jesu contumeliam pati.* Hinc D. Petrus, 1, cap. 4, v. 18, ait: *Communicantes Christi passionibus, gaudeat.* Hinc D. Paulus: *Vobis donatum est, etc.* quasi diceret: Donum est Dei; tantum abest ergo ut prohi loco sit à vobis habendum; quin potius à vobis æstimandum est, et ob hoc vobis gaudendum et exultandum.

Ex v. 14, 15, 16, notet vir apostolicus vitiosos concionandi affectus, ut eos vitet; sanctos autem et apostolicos, ut eos imitetur.

Ex v. 22, apostolicam, inò divinam Pauli charitatem discat et imitetur pastor christianus.

Ex v. 23, omnis verè Christianus discat patienter vivere, delectabiliter mori.

Ex v. 29, discat patientiam Dei donum esse, ipsâ fide miraculorumque dono mirabilis. Ibidem vide quòd tria christianam vitam componunt, fides, actio, patientia; fides inchoat, actio sancta perficit, passio pro Christo consummat.

CHAPITRE II.

1. Si donc il y a quelque consolation en Jésus-Christ, s'il y a quelque douceur et quelque soulagement dans la charité, s'il y a quelque union dans la participation du même esprit, s'il y a dans vos cœurs quelque tendresse et quelque compassion pour moi,
2. Rendez-moi ma joie parfaite, étant tous bien unis ensemble, n'ayant tous qu'un même amour, une même âme et les mêmes sentiments.
3. Ne faites rien par un esprit de contention ou de vaine gloire; mais que chacun, par humilité, croie les autres au-dessus de soi.
4. Que chacun ait égard, non à ses propres intérêts, mais à ceux des autres.
5. Soyez dans la même disposition et dans le même sentiment ou à été Jésus-Christ;
6. Qui ayant la forme et la nature de Dieu, n'a point cru que ce fût pour lui une usurpation d'être égal à Dieu;
7. Mais il s'est anéanti lui-même en prenant la forme et la nature de serviteur, en se rendant semblable aux hommes, et étant reconnu pour homme par tout ce qui a paru de lui au-dehors.
8. Il s'est abaissé lui-même, se rendant obéissant jusqu'à la mort, et jusqu'à la mort de la croix.
9. C'est pourquoi Dieu l'a élevé par dessus toutes choses, et lui a donné un nom qui est au-dessus de tout nom.
10. Afin qu'an nom de Jésus tout genou fléchisse dans le ciel, sur la terre et dans les enfers,
11. Et que toute langue confesse que le Seigneur Jésus-Christ est dans la gloire de Dieu son Père.
12. Ainsi, mes très-chers frères, comme vous avez toujours été obéissants, avez soin, non seulement lorsque je suis présent parmi vous, mais encore plus en mon absence, d'opérer votre salut avec crainte et tremblement.
13. Car c'est Dieu qui opère en vous le vouloir et le faire, selon qu'il lui plaît.